



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 2. Ebudae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

CAPVT III.

Minores Insulae Britannicae.

PRÆCIPVÆ sunt vtraque Mona, Ebudæ, Orcades, Thule.

§. 1. *Vtraque Mona.*

MONA cuius meminit Tacitus in vita Agricola, freto tantùm à Britannia dirimitur, si quidem ad eam Agricola, vt ante eum Suetonius Paulinus, sine nauibus suas copias traiecerunt. Druy- dum hinc luci per Suetonium victorem succisi. Hodie dicitur *Anglesey*, & malè cum sequenti confunditur.

Mona altera medio cursu inter Britanniam, & Hiberniam à Cæsare constituitur: Plinij *Menapia* est, fortè quasi *Monapia*; Bedæ & Orofio *Menauia*, Ptolemæo *Monada*; hodie *Menau*, & Britannicè *Moncitha*, quasi Mona remotior appellatur.

§. 2. *Ebudæ.*

EBUDÆ à Ptolemæo dicuntur; *Ebudæ* Stephano; *Hebudes* Plinio; *Betorica* Æthico; *Euonia* seu *Ebonia* Gildæ Sipienti. *Hybridæ* ab Antiquis dictas, ait Mercator, sed cùm auctores nō laudet, credunt aliqui in prauum codicem Plinij incidisse, vbi *Hybrides* pro *Hebudes*, legeretur. Giraldus *Inchades*, & *Leucades* dictas olim credit, sed quorum fide subnixus? Hodie *Occidentales* dicuntur, aut *Hybrides*, inquit Buchananus.

De earum Rege singularia leges apud Solinum cap. 25. *Ille nihil proprium habet ne quidem fæminam, & ne ad auaritiam diuertat, discit paupertate iustitiam.*

Quod ad numerum attinet, Solinus, Ptolemæus & alij quinque duntaxat appellant; Plinius triginta, vtique veritati conuenientiùs.

§. 3. *Orcades.*

AB Agricola primùm domitæ sunt, non à Claudio, vt quidam fabulati sunt. De iis sic Solinus cap. 25. *Vacant homine, non ha-*